

Reuerende in Chr^o Pater
Pax Christi.

183

Ficere potest ut Athanasii ego obliuiscar aut immemor viuam?
Non tam seruus sum mentis. Teimus in tyrocinio Padiborna fa-
lus, qui id superit, scelus viz esto. Abrupto Autumno Iationem
meam multari, et nunc Herbipoli in decimum annum Scholasticum
a cathedra tracto. Subinde tamen horis subsecutis in Carodoxis
calamum exerceo meum, eorum vox scriptis non valde prolixis, sed
breuiusculis, ut plures legant. Amant enim Teutones nostri, ut no-
sermones breues et farinima longa. Mitto Rhin^o v^o exemplum vnum
Aristotelis, quem ab inferis excitari, ut barathros nostros rideat.
scripsi dialogiscum illum ex ingenio meo, et Fuldenfi Principi dedicari.
quod Larianus in Deor^o deaz (figura scilicet inania) hanc infatig^o
ter olim egit, quidni ego in Prudicantior nostros non minora rifu
Satyraz dignos agam? Certe diuinus Plato per Colloquia sapientiam
suam lecturi instillat, neq^o ego eum ab aduersariis istis meis Aesopis
aut fabulator appellitari, modo illos mea vexent epimythia, et veri-
tatem Catholicam in oculos etiam reluctantium intrudam. Aliquid me
incassant, quod acerbius in homines illos aliquando inuehar. At ego viz
simplex sum, et cum bonis bene, et cum malis male agere aequum duco.
Illi me meretricis Babylonice filium appellant, et redhostire non liceat?
O superi! matrem meam (Ecclesiam Romanam Catholicam aio) scortum vo-
cari faciam? Non tam me degenerem filium aspiciet unquam magnus ille
mundi oculus. Interim vero temporis Rhin^o v^o oculos tantisper ab
operibus suis grandibus auulso, ad paucas illas pagellas meas conuertat, et
deort^o Cornu suum more suo in re etiam seria iocantem et lufitantem.
Similia quidam meditatur deinceps animas meletemata, mole exigua, sed
rationis validae plana, quibus velut lectis e torrente calculis effrontes
Philistinorum frontes Ioseph fundibulariter pertundam. In ceteris omnibus
sum adur ille qui olim fui Virginis matris ex toto animi aspe filius et

Herbipolis 16. April.

1653.

q^o h^o v^o
Lenius in Chr^o
Melchior Cornu.

Reverendo Padre in Christo
D. Monasio Kircher
Societ. Jesu
Romae.

High & elegant
E.T.D.